

DE DOLORE FACIEI FO-  
THERGILLII.

DISSESSATIO INAUGURALIS MEDICA

QUAM

CONSENSU AMPLISSIMI MEDICORUM  
ORDINIS

IN  
UNIVERSITATE CAESAREA LITERARUM  
DORPATENSI  
UT GRADUM

DOCTORIS MEDICINAE

RITE ADIPISCATUR  
LOCO CONSUETO  
PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

*G U I D O   S E H R W A L D*  
CURONUS

DIE XXIX MENSIS NOVEMBRIS MDCCXXII.

---

DORPATI LIVONORUM,  
EX OFFICINA ACADEMICA J. C. SCHÜNMANNI  
MDCCXXII.



In primatur,

ea tamen conditione, ut, simulac typis excusa fuerit  
dissertatio, septem exemplaria collegio, cui librorum  
censura est, tradantur.

Dorpati Livonor. d. ix Mens. Novemb.

M D C C C X X I I .

Dr. Ludovicus Emil Cichorius,  
h. t. Decanus.

1176 16 -

*P r a e m o n i t u m.*

*E*x compluribus; de quibus, tanquam dissertationi elaborandae idoneis cogitaveram ac meditatus fueram, thematibus, id quidem, quod inquirendum denique diligere mihi visum est, ut commodissimum, ita maxime opportunum menti eo se obtulit, quod ejusmodi utique morbi speciem a metet ipso animadversam communicare possem cum lecturis. In sectione clinicā, Perilli Erdmann cui praeest, vir longe doctissimus, meus idem praceptor ad cineres usque colendus, prosopalgiae Fothergillii ejusdemque cuiusdam speciei curandae molimen spectandi faustissimum, opportunam nactus eram occasionem; qui morbus tum in rarissimis est numerandus, tum perfecta dexterimque sanatione perquam me-

*morabilis. In quo tractando morbi primo historiam enarrare, quā deinde traditā maxime de Fothergillii prosopalgia dissenserere institui. Discrimina expavescens ac difficultates, quibus obnoxium est tam abstrusi arduique thematis dextre pertractandi quodcunque conamen, satis timidus adgressus sum opus. Disserui quidem pro virium mearum modulo, sed quam manca inde prodierit haec mea qualiscunque dissertatio, ipse adfatum persentiscens equidem haud ignoro. Habeo igitur, quod magno cum metu tradam literarias hasce primitias peritis lectoribus. Spem tamen foveo, fore, ut indulgenter ac benebole accipient; et harum quidem rerum, in quibus aut haesitaverim, aut erraverim, faciles futuri humanique censure.*

---

**M**etz annos XXXXVI natu pridie Non. Jun. A. S. MDCCCLXXI, in clinici Dörpatensis academicī sectionē medicam inter aegrotantes receptus, sex abhinc diebus laevas auris perpetiebatur dolores, eodemque, per vires tamen, tam intenses, ut spasmis infestatus impōs animi esset. Diē III ante Cal. Jun. cubitu cum surgeret, bene quidem valebat, praterquam quod, haud ita multo post, in laevā eademque profundā aure, pungentes perciperet dolores magis magnisque tantopere aductos, ut, quo minus res suas ageret suaque negotia obiret, omnino impediretur.

Subsequente nocte à doloribus sensim ingravescentibus, iisque continuis, vexabatur, qui posterò die, prius Calendas Junias tantòpere invaluerant, ut mentis impos reperitetur, et inter spasmodum impetus humi collapsus tubera in facie reportaret. Impetus in dies redibant frequentiores, ita ut, ipso teste, tertio die, intra xxiv horas, sexagies, et quod excedit, revertentur. Eiusmodi impetu, binas horae minutas particulas durante perfundet, expurgiscebatur sicut e somno aegrotus cum turbidi capitatis languorisque sensu, mox reduce pristino malo. — Aegrotus noster modo sextum et quadragesimum aetatis annum agens, per canitatem et calvitium, provectioni quidem videri poterat aetate, at ex singulorum muscularum ipsius tum plenitate, tum robuste sicut ex conspicua ejus agendi laborandique vi colligi licebat, parum debilitatum fuisse corpus aegroti, quippe qui ceteroquin summam valetudinis prosperitate uteretur. Compluribus quidem testibus, temulentiae atque ebrietatis rebus fuerat, id quod tamen negavit ipse ac pernegavit, licet aliam morbi sui causam suspicari vel augurari neutiquam posset. Nunquam sive syphilide, sive arthritide, sive pedum hidrosi, sive ulceribus se labores contendit. Subitanea refrigeratio, forte temulen-

tiam subsequita una eademque sola dicenda fuerit morbi causa.

In aegrotantis vultu veluti depictum credidisses immanem dolorem, fractasque insomniā virea. Ceterum cibi non deerat appetentia, lingua munda, naturalis alvi dejectio, pulsatio regularis, octogies intra horae minutam particulam repetita, haud difficilis respiratio, calida cutis, auditus ipsius auris adfectus non impeditus, nec querebatur omnino aegrotus, nisi de doloribus acriter perceptis. Quibus ingruentibus in faciei muscularis spasmī observabantur, maxilla non occlusa, caput muscularis cervicis resupinatum, quā quidem spasticā conditione mirā rapiditate in universum corpus propagata, clausos exhibebat oculos aeger hue illuc in lecto vehementer volutatus. Imperū per vices diversas, diversae iidem vehementiae, brevi praeteribant, plerumque intra unam duasve, nonnunquam quatuor horae minutas, cum remissionis intervallo, quo pro momento redire ad sese videbatur ipsius animus. Nec clarā loquentis voce, nec lumine forti excitabatur impetus. Adfecto loco vehementius presso tantum erat, ut augerentur dolores, ut quodammodo mitigarentur. Aegro teste haec erat malorum ipsius conditio: Post acerbos dolores in aure

perceptos velut ex candente acu ibi circumactā, hī quidem subito ad varias corporis partes directi vexabant et linguam, et palatum, et tempora et cervicem, innumerabiles sequuti directiones, et minimo quidem punto temporis, quo vix absoluto mentis usu substitutus reperiebatur aegrotus.

Ex aegrotantis tum ipsā relatione, tum ex phaenomenis sedulo observatis satis est manifestum, id quidem malū ad terribilem istam pertinere morbi formam, quam *Neuralgiām* dicere recentioribus visum est medicis, pro partium, quas maxime infestat, varietate, varia eaque peculiaria nomina sortitam. Morbus, quem explicandum ac pertractandum sumsimus, ad *Proseopalgiām Fothergilli* absque dubio quam proxime accedit. Malum inde illatum maxime quinti nervi ramos, et creberrime quidem, nervum infraorbitalē nec minus nervum facialem tangens, in hoc (faciali) potissimum cernitur. Cujus nostrae sententiae fides iis, quae aegrotus de doloris decursu, infardilucidius, quam supra factum est, commemoravit, omnino comprobatur.

Oh utique ignoratas occasio[n]ales morbi causas, oh singularum neuralgiarum pertinaciam symptomatumque vehementiam, non nisi maxime dubiam au-

gurari licebat prognosin. Etiam si ex ipso acerbo dolore, vitae nihil immineat periculi, franguntur tamen vires aegroti, tum turbatā quiete nocturnā, tum spasmiss accendentibus, quibus et sanguinis circulatio impeditur et capitis congestiones advehuntur; unde est, quod vereare, ne mors ex apoplexiā, sive maturior, sive senior, vel encephalitis, vel mentis perturbatio subsequatur. Opprimenda igitur ac frangenda vis erat paroxysmorum, quantum ejus fieri poterat, celerrime, id quod tamen tanto difficilius erat, quanto magis ignorabantur occasio[n]ales morbi causae.

Remediis quibuscunque nondum adhibitis, pone affectam aurem vesicatorium applicare visum est, liquoris ammonii acetici cochleario bihoris alternis propinato, tincturā thebaicā affectae auri instillatā, balneoque tepido subministrato.

D. Vito Jun. haec aegrotantis conditio erat: Insomnem transegerat praeteritam noctem, paroxysmos intra quinas denas ad vicinas, easdemque alternas horae minutas reversis, nec nisi sub diluculum demum remittentibus paulisper doloribus. Feritatis atque atrocitatis speciem prae se strebat aegroti vultus; visus ejus videbatur obnubilatus. Opii auri instillatus non nisi ad parvum momentum adferebat lev-

men. Ulcus e vesicatorio excitum servabatur apertum et lac tepidum auri instillabatur. Vesperi pedibus balneum subministratum, sinapismis suris impositis, collo ac cervici unguentum hydrargyri cinereum inficium. Interno usui inservire videbantur: Rec. Liquoris ammonii acetici  $\frac{3}{ij}$ . Aquae destillatae  $\frac{3}{iv}$ ; in qua solve Extracti Aconiti gr.  $\frac{xij}{ij}$ . DS. cochlearium singulis bioris assumendum.

*D. VIImo Jun.* Paroxysmorum praeteritae noctis quantumvis minus vehementes, quam ante, vis fuisse, ut quae binis horis integris intermitteret, insomnem tamen transegerat noctem, ingente mali sui redditum metu ad vigilandum adactus. Suris, sinapismis quae fuerant obtectae, inspectis, aliquot planae in tibia cernebantur cicatrices, aegroto auctore ex ulcere exili quidem, at pertinace, caligarum pressu ac frictione ante biennium oriundum, jam ante aliquot menses sanatum. Quum in consanescendo isto vulnere malorum istorum quaerenda videretur qualiscunque causa, nec obstaret quicquam, quo minus aperiretur fonticulus, cui inseri bina pisa commode possent. Vespere aegroto in balneum illato, ad internos usus haec porrigebantur, quorum binis horis alternis adsumendum erat cochlearium unum; Rec. Rad. Belladonnae gr.  $v$ ,

infund. c. aq. fervid. q. s. in colat.  $\frac{2}{ij}$  solve Extr. Aconit. gr.  $xij$ . Elaco. Sachar. foenicl.  $\frac{3}{ij}$ . adde Liq. annod. m. Hoffm.  $\frac{3}{j}$ .

*D. VIIImo Jun.* Nox inter dolorum fere nunquam intermittentium tormina, pariter peracta; nisi quod immunes illi impetus spasmis vehementibus consociati, fuissent rariores. In temporum altero, et eo sinistro, acerbum persentiebat dolorem. Visus etiam erat adflectus, et, aegro teste, ita quidem, ut in vicem, alterutrum oculus, jam dexter, jam sinister, obnubilus esset. Sinistrum capitis latus universum, quo cunque modo tactum, erat dolorosum. Lenis ac submissa vox erat dicentis, eo, quod clara, ne dicam, concitatà voce loquendo asperiores excitabantur dolores. Hisce remittentibus susurrum percipiebat in aure, ex qua simul difficilior erat auditus. Pulsatio, vigente quidem impetu, tardior in dextro brachio, omnino nulla in sinistro. Infusi heri adhibiti usus continuabatur, nisi quod Belladonnae quantitas ad gr.  $ix$ ; extracti Aconiti ad gr.  $xviii$  augeretur; infriundo unguento hydrargyri cinereo continuaretur. Instillandum auri oleum hyocyami coctum est praebitum, atque ad congestionum versus caput vim infringendam adhibite sex hirudines.

Sanguinatione inde facta dormiebat semihoram aegrotus, rarioribus paroxysmis.

**D. VIII<sup>o</sup> Jun.** Superiori nocte non nisi bis paroxysmo vexatus erat aeger, tertia vice horâ septimâ matutinâ. Post meridiem lixivio usus est balneo, quo adhibito, larga subsequuta transspiratio. Ad sudoris fluxum adjuvandum, mixturae isti spiritum Mindereri consociare visum est. Dosis remediorum narcoticorum augebatur: Rec. Rad. Bellad. gr. xij infund. c. aq. fervid. q. s. in col.  $\frac{2}{3}$  vj solve Extr. Aconit gr. xvij Elaeosacchari foenicl. 3jj. adde Liquor. ammon. acetic.  $\frac{2}{3}$  vj. DS. sumatur omni bihor. cochlear cibarium. Toto hoc die impetus nullus; sed post intermissiones per aliquot horas, vehementes ictus percepti, per universum caput grassantes.

**D. IX<sup>o</sup> Jun.** Nox immunis erat paroxysmorum; aliquot horas quieto usus somno aegrotus. Sub noonam horam matutinam subitanus redibat paroxysmus cum spasmis concomitatus, prioribus tamen impetu inferior. Per reliquam diei partem liber erat aeger paroxysmorum. Repetito hesternorum medicamentorum usu, sub vesperam de vertigine questus est hebetusque oculorum sensu. Quo exploraretur, utrum istae affectiones ex remediis adhibitis prodierint, an forte

ex cerebro per consensum adfectio, illorum horâ vij vespertinâ intermissus est usus.

**D. X<sup>o</sup> Jun.** Hora iv matutinâ post longas quasi inducias novus tandem aegrum infestavit impetus, hora vijma et ixua pari modo repetitus. Remedia heri seposita hodie quidem denuo praebebantur, at sine fructu; doloribus magis magisque exacerbentibus, frequentiusque redeuntibus spasmis. Simul sensorium tum erat adfectum, sermo incompositus et confusus. Hinc narcoticorum usus hora viii denuo intermissus, sola tinturâ opii simplici, auri instillata, at sine ullo malorum levamine. Pulsatio vigebat febrilem in modum, semel et centies singulis unius horae minutis. Ad mitigandos acerbos morbi impetus, tactuum quorundam magneticorum periculum factum est, unde magnam percepit voluptatem, et aliquantulum quietis nactus esse videbatur. Ad capitis congestiones infringendas, frigida illi epithemata erant adhibita, sed ob profuse erumpentem sudorem, mox removenda.

**D. XI<sup>o</sup> Jun.** Tum per noctem, tum hoc ipso die aegri conditio eadem erat, quae heri vesperi, Ob congestionum ad caput vehementiam, sex hirudines temporibus quidem admotaæ, sed parum suixerant

sanguinis, spasmorum vehementia et frequentia in sanguini negotio irritatae ac disturbatae. In regione articuli maxillae inferioris cauterium actuale admoveare visum est, quo admoto, nequaquam distorsit vultum aegrotus, perhibens, vix multo inferiorem esse hunc dolorem isto quidem, quo crucietur in profundâ aure. Deliriis remittentibus dequo præbebantur illa narcotica, et in eadem quidem tum dosi, tum formâ, clyster ex Valerianâ et Asâ foetida ad�licato aegrotanti.

*D. XIIIdo Jun.* Per totam noctem frequentes sanguinebant paroxysmi, sub diluculum demum et mitigati et rariores. Tum doloris decursum hoc fere modo descripsit aeger: „Prodire ex imâ, profundâque aure, mirâ omnino velocitate dolorem, sub cute per complures radios diffusum; quorum aliis per tempora, ad frontem vergat, aliis e profundo ad palatum et linguam, aliis ad cervicem atque occiput“ — (tum evanescat omnis animi vis, neque expurgiscens percipiebat aegrotans quicquam aliud, nisi palpitantes artus). Revertentibus jam semihorâ quâque, jam sesquihorâ paroxysmis, denuo tactuum magneticorum periculum factum, sed absque expectato fructu. Ceterorum medicamentorum usus continuatus, vesperi clyster ex Valerianâ et Asâ foetida repetitus.

*D. XIIIItio Jun.* Heti ad vesperam dellria redierant, mediâ demum nocte cessantes, quo facto quietus aegrum complexus est somnus, redeuntibus tribus paroxysmis interruptus. Noctu largum profuderat sudorem; jam nunc se sentiebat levatum, cibis, ipsi porrectis, adpetenter assumptis. Paroxysmi per sesqui horae vel binarum horarum intervalla reduces non intam immutant horrendumque, quam ante, increverant gradum, neque exibat omniō de potestate mentis aegrotus; respiratio anhelans cum cupiditate tussiendi et doloribus conjuncta. Continuato singulorum remediorum usu balneoque lizivio præparato, adaugebatur transpiratio.

*D. XIVto Jun.* Praeterita nocte duo reversi fuerant paroxysmi spastici; aeger dormiens tussi erat vexatus. Acerbitum jam in palato percepit dolorem, et ad sinistram quidem partem linguae radicis, quem mitigate studebat prentendo. Belladonnae dosis ad gr. xviii adaligebatur.

*D. XVto Jun.* Belladonnae vis in systema nervorum exserta in delirio hilaritatis cernebatur, quocum et dolores evanescabant et spasti. Eadem omnino in sequente die aegroti erat conditio, quo quidem tempore rarius commendabatur mixturae iugis usus.

*D. XVI<sup>th</sup> Jun.* Horā quintā matutinā alto graviique somno sopitus reperiebatut Noster, nisi quod interdum tussi vexaretut. Nullū quidem amplius delirium: sed vix horae quadrante somno temperare poterat, quin illico abdōtmisceret. Haec triduo erat rerum conditio, nec nisi sensim immitiata. Mixturae dimidium cochlear tribus horis alternis ipsi praebitum; unguēti mercurialis infrictio ob gingivam affectam intermissa.

*D. XXII<sup>do</sup> Jun.* Vesperi atrocissimus ingruit mali impetus. Sequentel die Belladonnae dosis adactua ad xxiv, extracti aconiti ad totidem grana, cujuš mixturae tertia quāque hora propinabatur cochlear unum.

*D. XXIV<sup>to</sup> Jun.* Querebatur aeger de doloribus fonticuli in tibiā patentīs, cuius pars superior tantā fuit sensitibilitate, ut hac attactā, illico spasthi ingruerent, quam ob causam non nisi unum cicēr inferiori parti imponere licebat. Tussis, sicut oris affectio, tibi constabat, dolores revertentes per periodos augebantur, spasmis tamen istis non cōmitati. Sensorio jam iterum immuni, alterā quāque horā, remedium nostrum adhibitum. Ad quietem nocturnam allicien-

dam, vesperi pulvis ex opii uno, rad. Ipecacuanhae duobus granis adhibitus.

*D. XXVIII<sup>vo</sup> Jun.* Decrescere videbantur dolores; bene dormiverat aegrotus, nisi quod tussis adhuc continuaret. Hinc gr. xij rad. Ipecacuanhae subaddita mixturae.

*D. I<sup>mo</sup> Julii.* Dolorum quidem fere liberum esse persentiebat aegrotus, at mirae, maximeque variae observabantur ipsi imagines, ita ut, utrum vigilaret, an somniaret, ipsi distinguere vix, ac ne vix quidem liceret. Praeterea pronus erat ad vomitum, quam ob causam non nisi, quartā quāque horā mixturae cochlear unum praebere visum est; intermedio tempore Cort. Chinae pulveris drachma una e vino erat assumenda.

*D. II<sup>do</sup> Jul.* Liberum jam etat sensorium, at lenis punctuationis, sub vesperam augescentis, sensum habebat in aure; hinc ante quae data erant, bihoriō quoque rursus praebebantur. Propter salivationem adhuc perdurantem decoctum fol. salviae cum melle, ad os eluendum, commendatum.

*D. VI<sup>to</sup> Jul.* Cum vim pristinam recepissent nec desisterent insequente die dolores, ante quam cubitum

iret aeger Acidi Borussici ad beat. Giesil praecpta confecti, guttae V porrectae.

**D. VII<sup>mo</sup> Jul.** Aegroti fere sibi constabat conditio, quantumvis deliriis aliquantulum invalescentibus. Vesperi melius valebat noster, nihil secundum praebebantur Acidi Borussici guttae V.

**D. VIII<sup>vo</sup> Jul.** Praeterita nocte quietus fuerat aegri somnus, evanescerant dolores pariter, ac levia ista deliria. Jam haec porrigeabantur: Rec. Cort. Chinæ flavæ 3*j.* coque c. aq. simpl. q. s. col. 3*vijj* adde Liquor. anodyn. m. Hoffm. 3*g*. M.D.S. Bihorio quoque cochlear unum adsumendum. Praeterea quartâ quâque diei horâ Acidi Borussici guttae tres præbitæ, atque ad salivationem abigendam, decoccum quercus cum alumine. Duobus subsequentibus diebus, placida erat aegri conditio, doloribus non nisi manè vexati.

**D. IX<sup>no</sup> Jul.** Decreverant et dolores et salivatio. Jam pulv. cort. Chinæ 3*jj*, vesperique loco trium, sex guttae Acidi Borussici datae, ita; ut int̄ diem xv guttae absumerentur. Adhibitis hisce remediis evanescebant non dolores solum et tussis et salivatio, sed vires etiam magis magisque augescabant.

**D. XXIX<sup>no</sup> Jul.** Ex incommodâ, flebilique vale-

tudine mirum in modum emergere cum coepisset Noster, et Acidi Borussici dosis, primum ad duodecim, deinde ad octo, denique ad quatuor guttas in diem assumendas, imminuta. Libero sub dio aeri ut adsuesceret, quotidie aliquoties sese exercebat ambulando, reliquo dierum tempore manuum operâ, facili nisu perficienda, occupatus. Singula sensim disparebant incommoda, nisi quod molestus aurium surrus aliquamdiu maneret, qui denique tamen cessit idem, ita, ut ipsis Idibus Augusti mensis, quo quidem tempore omnino convaluerat, ex instituto clinico dimitteretur.

Est sane quod morbum modo delineatum ut in rarissimis, medico quicunque occurrerint, ita in maxime memorabilibus numeres, maxime medelâ, spe atque opinione prosperius perfectâ. Quae morbi forma ad *Prosopalgiam Fothergillii* quam proxime quin accedat, neutquam est dubitandum; et de auris doloribus quum maxime quereretur aegrotus, nervum faciale, (portionem duram nervi acustici), et simul quidem atque per porum acusticum internum intraverit canalem Fallopianum, (unde dolor per complures nervi illius ramos, foramine stylomastoideo relieto, dispersus erat), adfectum fuisse tam certum est,

quam quod certissimum. Tum alienatio mentis, quā comitatus erat paroxysmus, tum spasmorum vis, a cerebri, universique systematis nervorum affecti consensu oriundae fuisse videntur. Ad essentialē morbi conditionem quod attinet, in nervorum modo commemoratorum inflammatorio statu illam cerni crediderim, utpote qui remediis tum ante adhibitis, tum hirudinum beneficio, unguenti mercurialis, frequentique medicaminum derivantium usu infractus, doloresque remediorum narcoticorum largis dosibus permulsi, ac leniti fuisse videntur, usque dum deinceps Acido Boruccico adhibito, remedio ad nimis auctam sensibilitatem, et erethismum in vasorum systemate imminuendum, per quam praesentaneo, fauste absolvetur sanatio. Quam omnino perfectam omnibusque numeria absolutam consequutam esse, non debet dubitari, cum ante aegrotans ille, integrā hodieque fruatur valetudine, horrendis istis pristinis doloribus, ex quo e nosocomio dimissus erat, ne semel quidem infestatus.

### *De dolore faciei Fothergillii.*

#### *Morbi historia varia que nomina.*

*Prosopalgiam* veteribus jam innotuisse, exploratum est, licet cum multis alijs maxime spasticis, ut

trismo; spasioquē cynico, id morbi confunderent, nec nisi manca sit, quam tradebant, descriptio. Jam Rhazes, Arabs, Seculo XI florens, neverat istum morbum, tum deinceps ab Avicenna descriptum; dexterius quidem perfectiusque superiori seculo ab Andréo, Gallo 1). Et *Sauvages, Gallus* 2) in nosologia methodica prosopalgiam delineat, etiamsi non nisi semel ab ipso observatam. De quā quidem deinde potissimum Fothergill, Anglus 3) acommodatus subtiliusque tractavit, morbo diligentius descripto, ejusque, quā pollet, a ceteris, facile confundendis, differentiā monstratā. Posteriori tempore prosopalgiam sedulo observabant complures medici, observatis suis qui-buscunque fideliter communicatis, ut: Pujol 4)

1) Observations sur les maladies de l'urètre à Paris 1756 pag. 318.

2) Franc. Boisier de Sauvages nosologia methodica. Lipsiae 1795. Tom. 3 pag. 38 et 39.

3) Complete collection of Fothergill's works by Lettsom. Lond. 1781. Vol. II.

4) Essai sur la maladie de la face nommée le tic douloureux, à Paris 1787 cujus versionem germanicam edidit Ch. H. Schreyer, Norimbergae 1788.

*Thouret* 5), *Selle* 6) *Volger* 7), *Lentin* 8) *Masius* 9), *Langenbeck*, 10) *Siebold* 11) et alii. Variis prosopalgia ab auctoribus insignita est nominibus, qualia sunt: *Tic dououreux* (Andréii), dolor faciei (*Fothergillii*), dolor faciei typico charactere (*Sieboldi*), trismus clonicus (*Ackermannii*), rheumatismus cancerosus (*Vogelii*), prosopalgia, s. dolor faciei atrox (*Viellardi*), dolor periodicus (*Monroii*), trismus dolorificus, nystag-

5) Histoire de la societé royale de Médecine,  
Tom. I.

6) Neue Beiträge zur Natur- und Arzneiwissenschaft, herausgegeben von C. G. Selle. Berolini 1782. Tom. I. p. 27.

7) Joann. F. Blumenbachii Bibliotheca medica, Tom. II. sect. 3. pag. 506. Goettingae 1785.

8) Beiträge zur ausübenden Arzneiwissenschaft. Lipsiae 1797. Tom. I, pag. 382.

9) Hufeland's neues Journal der prakt. Arzneiw. und Wundärzneikunst. Berolini 1806. Tom. 25, sect. I. pag. 9.

10) Tractatus anatomico chirurgicus de nervis cerebri in dolore faciei considerandis. Goettingae 1805. c. tab. II.

11) Doloris faciei, morbi rarioris atque atrocis observationibus illustrati adumbratio. Virceburi MDCCXCV.

mus catarrhalis (*Sauvagesii*), febris topica (*Suitenii*), neuralgia faciei (*Bellingerii*).

Jure me statuere equidem mihi videor, *Fothergillio* deberi honorem, cuius nomen gerat iste morbus, quippe quem majori curâ ac diligentia delinearet, aliquorumque animorum attentionem excitam illuc dirigeret. Quam ipsam ob causam morbum istum commemoraturis dolorem faciei *Fothergillii* dicere vixum est nobis.

### D i a g n o s i s.

Dolorem faciei *Fothergillii* dicimus quidem morbum, quo jam certis, jam, et fere frequentius, incertis, sibi non constantibus periodis, atrocibus facies infestatur doloribus, nervorum faciei directiones sequentibus, magis minusve per faciem diffusis, et ejus quidem indolis, ut ad summam vim increcent vel lenissimo tactu,

Hoc morbo laborantes sive in labiis, sive in genis, in naso, supra, vel infra orbitam, vehementissimos persentiscunt dolores, veluti fulgurum rapiditate nascentes, magis minusve diu grassati rursus evanescentes, nunc saepius, nunc rarius reduces. Quin vel sine ulla irritatione externâ redeunt, forte muscu-

lorum quorundam, aut fibrarum illorum qualicunque lusu.

Nascentis doloris aut sunt quipiam praenuntii, aut utique nulli; illi cernuntur in molesto quodam gravius sensu. Sunt aegroti, quibus solum tenuissimum in ejusmodi loco hoc illuc agitari videatur, aut linguae rigorem sentiant, pungentemque sed celerrime refugientem cujuscunque loci faciei dolorem, formulationem ac pruritum, ad scabendum digitis invitatem, tensionem in naso, ejusque alis, superciliis etc., anxiū anhelitum, suspiria, capitis dolorem, pressum in praecordiis, in extremitatibus tensionem. Quibus praenuntiis sive diu morantibus, sive citius discedentibus, dolor ipse nascitur, instar ictus electrici, partes quasi pervolans adfectas, isque, aegrotis testibus, longe acerrimus, veluti terebrans, quasi dilanians, proinde ac si cultro transfigerentur. Nonnunquam iesit aegrotorum sensus, ut serrā os dissecari, musculi disrumpi, aut facies a crāno sibi avelli videantur. Mitioris hoc quidem fortunae est, quod non semper ad tam atrocem vehementiae gradum malum accrescit, et licet sustineri vix dolor possit, paroxysmorum tum brevitate, tum longā quandoque intermissione, aegri patientia fovetur. At, nullis quoque praenuntiis, cre-

bro dolor nascitur, aegrī, ab ipsis paroxysmis cum discesseris, re verā optime valentibus.

Partium adfectorum sensibilitas mox tantopere augebitur, ut vel lenissimā quāque vi prolicantur dolores, ut mitissimo tactu, aut motu sive capitis, seu oris, seu oculorum. Hinc, nisi atrocissimorum paroxysmorum periculo offerre se velint, nec mandendo maxillas movere, nec loqui licet aegrotis. Clarā voce loquendo, ridendo, sternutando, fulgidā luce, aëre per angustias vehementius late, illico mali impetus excitatur. *Reil* 12) mentionem facit per quam memorabilis exempli paene incredibilis aegri irritabilitatis, quae quidem cernebatur in eo, quod, cum vel alterum, idemque salvum capitis, colli, brachii, femorisve latus aut scaberetur, aut quantumvis lenissime tangeretur, doloris vis hoc ipso tactu revocari posset. — Fortiqr̄ quidem pressus non excitatur dolor; quippe quo adeo ad quiescendum adigatur, propterea, uti videtur, quod pressionis vehementiā nervi obtundantur.

Paroxysmum saevius irruentem comitantur quedam symptomata, diversa quidem pro partium fa-

12) *Joannis Christiani Reili* memorabil. clin. medico practic. Vol. I Fasc. II. pag. 9. Halae 1791.

ciei diversitate, quae omnino haec sunt: corpus frigescens, intumescens facies, rubens (cerasorum adeo referens calorem), nonnunquam magis accedens ad pallorem, venis jugularibus tumidis, carotidibus, arteriisque temporalibus vehementer pulsantibus; ceterum pulsatio non accelerata, lotii excretio oppressa. Jam non nisi unus musculus, jam omnes circa faciem collumque, spasmorum vi contrahuntur. *Reil* 13) commemorat, hoc malo laborantis viri alicujus tam immanes fuisse dolores, ut musculi faciei contraherentur, universum corpus concuteretur, artusque ita tremerent, ut quaecunque tenere aeger valuerit, manibus exciderent. — In fronte, naso, aliisque faciei locis rubicundi radii comparent, lingua veluti iectu apoplectico debilitata, sermo fere omnino impeditus, oculi lacrymantes, in aure susurrus, aucta salivae secrecio.

Tempus, quod durat paroxysmus, diversum, aequo diversum intermissionis. Ab initio diurna istius infestatio rara, at cum frequentius redierit, diutius viget; praeterea a causis efficientibus pendet. Persistunt jam horas sex, septem, quin decem, vehementi-

13) in. op. cit. pag. 9.

simi dolores, jam non nisi minuta, minutissimave unius horae momenta, nunc subito, nunc sensim evanescentes 14). Saepe atrocissimi impetus non nisi per arctiora intervalla, et haud raro per hebdomadas, menses, quin per plenos adeo sex menses torquent aegrotos; et aegro, nec raro ipso medico hac ratione deceptis, adductisque in errorem.

Paroxysmi non certas sequuntur periodos, temporis ordine non servato; nonnunquam tamen certum quendam typum licet animadverti. *Lentino* 15) contigit observare quempiam aegrum, quem quavis mediâ nocte, hor. XII nullis praenuntiis, praeviis invaderet dolor, quo decem horis aegro infestato, sensim evanescens. *Masia* 16), *Fothergillio* 17), *Rei-*

14) *Reil* in l. cit. p. 8

15) *Fried. Lebrecht Benj. Lentius Beiträge zur ausübenden Arzneiwissenschaft.* Lipsiae 1797. Tom. I. pag. 385.

16) *Journal der prakt. Arznei- und Wundarzneikunst von Hufeland.* Berol. 1806. Tom. 25, particl. I. pag. 17.

17) *Medic. Bemerkungen und Untersuchungen einer Gesellschaft von Aerzten in London, aus dem Engl. von C. G. Silchmueller.* Altenburgi 1769. Tom. 6, pag. 114.

*llo* 18) aliisque auctōribus, interdiu frequentius, quam noctu, dolore isto vexantur aegroti, ita, ut nox non nihil requiei largiri videatur post immanes dolores.

Prosopalgia in morbis vix ac ne vix quidem ferendis est numeranda. „*Nemo*, ait Aeplius 19), nisi „qui suis sibi oculis unum ejusmodi spectaverit paroxysmum, dolorum istorum vim concipere mente potest. Vidi enim homines quocunque modo dis, cruciari, sed nullius unquam tormenta tantopere medium moverunt animum.“ — Haec fere ille, suā usus vernacula,

#### *Morbis sedes.*

Prosopalgia laborantium quintum et septimum nervorum cerebralium par solet esse affectum, singulis horum nervorum ramis rarius petitis. Primus et tertius quinti paris rami multo rarius tanguntur, quam secundus, (*Nervus maxillaris s. alveolaris superior*). Creberrime nervus facialis, pedem anserinum formans, adficitur.

18) in l. cit. pag. 9.

19) *Georg. Ch. Sieboldi* [doloris faciei, morbi rarioris atque atrocis, observationibus illustrati adumbratio. Virceb. 1795, p. 2.

Ex primi rami frondibus nervus frontalis creberime infestatur, quo nervo vexato, in foraminis praoritalis regione dolor incepit, inde versus frontem, palpebram superiorem, et supercilia dispersus. Nonnunquam dolor, in nervos alios transiens, universum faciei latus occupat. Furentibus paroxysmis oculus fere semper clausus, dolorosus; arteriae vicinae vehementer pulsant, intumescent venae, nonnunquam acibus aliquot lacrymis prorumpentibus. Saepe primi rami nervi quinti reliquae frondes in orbitā adfectae sunt; frontem tum minus occupat dolor, magis in interiorem orbitam porrectus, oculo tum magis minusve rubente ac lacrymante, bilioso vomitu quandoque accidente 20). Creberrime ramorum nervorum supra commemoratorum et nervi infraorbitalis affectiones simul sunt conjunctae.

Secundo quinti nervi ramo infestato, saepissime nervus infraorbitalis adficitur, rarius tanguntur alii; Dolor vel subito nascitur, id quod frequentius quidem evenire solet, vel antecedunt quidem praenuntii,

20) Geschichte eines periodischen Leidens der Augen von John Bostock; med. chirurg. Zeitung, Salisburgi 1820, T. II. p. 21.

ut pruritus, difficilis respiratio, formicationis sensus, palpebrarum tremor, muscularum facialium tensio magis minusve percipienda. Oritur in foramine infraorbitali dolor, ad palpebram inferiorem, genam, labium superius, alam nasi, nonnunquam ad ipsos dentes, usque ad sinum maxillarem, palatum, uvulam, linguaeque radicem porrectus. Musculi creberrime spasmorum vi commoventur, spasmo tonico interdum subsequente. Saepe nec tumorem, nec ruborem licet animadvertisse, uterque tamen unā frequentius cernitur. Dolorum vis et vigor subinde tam immanis esse potest, ut febriles motūs accedant. Re verā rarissime cuncti nervi maxillaris superioris rami sunt affecti; interdum nervi vexati rami optime valent; aliis nervis, cum illo in connubio versantibus, furibundis doloribus infestatis.

Tertius quinti nervorum paris ramus (nervus maxillaris inferior) hoc in morbo cum fuerit invasus, in variis istis nervi hujus ramificationibus dolorum sedes est constituta. Disperguntur dolores per ramificationes hujus nervi, versus labia, alveolos, ipsosque dentes maxillae inferioris, sub mentum, in laterales linguae partes, et anteriorem partem cartilaginis auris. Per nervos alias simul affectos et tem-

pora, genas, aliasque partes dolor occupat. In ipso paroxysmo vultus est mutatus, oris linea menta mutata, et labiorum commissuris retractis atque elatis, os sardonii risus praese fert speciem. Nonnunquam maxillae inferioris conditio fere trismum refert, aut musculi ejus spasmodis clonicis commoventur, in aegri vultu atrox dolor cernitur. Hic ramus quinti nervorum paris rarius adficitur, quam ceteri; at non desunt vel hujusce nervi insigniter affecti exempla 21) 22). Mihi contigit ipsi occasio prosopalgiae observandae, quā laborabat homo quinquaginta annorum, et quā vigente iste nervus erat affectus. Revertabantur, horā unā, ter quaterve dolores, quibuspiam tamen diebus, utique nulli. Iacipiebat eo loco dolor, ubi nervus alveolaris inferior, canalem alveolarem intrat, per foramen posticum maxillae inferioris; qui quidem, subi-

21) Neue Beiträge zur Natur- und Arzneiwissenschaft, herausgegeben von C. G. Selle. Berol. 1782, Tom. I. pag. 28.

22) John Hayghton von einem Gesichtsschmerz, der durch die Zerschneidung des leidenden Nerven geheilt wurde, in der Sammlung ausserlesener Abhandlungen zum Gebrauch praktischer Aerzte. Lipsiae 1801. Tom. 20, p. 189.

to natus, dispergebatur ad dentes maxillae inferioris atque ad labia. Dolore ipso vigente, in cute loci affecti animadvertebantur guttae sudoris, radiisque rubri, et labia convolutionibus commota. Noctu, ut plurimum, aegrotus liber erat dolorum.

Septimo nervorum cerebralium pari affecto, plerumque non nisi in alterâ faciei capitisque parte percipiuntur dolores, maxime vero in regione processus mastoidei, in occipite atque in angulo maxillae inferioris, in temporibus, genis, labioque superiori; subinde ad collum claviculamque proserpentes, plerumque etiam muscularum faciei et colli spasmis comitati. Diversa sunt symptomata, alia toto nervo, alia non nisi singulis illius ramis, affectis.

Ad planiorem istius morbi descriptionem exhibendam opus fuerit, ut quibus rebus differat a similibus aliis morbis, doceatur, signis characteristicis monstratis, ut recta cognitio adjuvetur, praecaveatur temeraria confusio.

*Morborum qui buscum prosopalia  
age pronata est facilis que con-  
fusio, brevis enumeratio.*

*Capitis dolor arthriticus.* Dolor ex arthritide

oriundus, magis surdus est atque obtusus, faciei dolor contra vividus, proprietatibus supra commemoratis conspicuus. Arthriticus capitidis dolor saepe oritur normali podagrae impetu non comparente, cum e contrariâ parte faciei dolor haud raro nullis praenuntiis in optime valentibus nascatur. Frequentia incommoda aliarum parium arthritica, arthriticum capitidis dolorem haud raro praecedunt.

*A rheumatico dolore faciem infestante,* peculiaris iste dolor hisce differt momentis: *Ille* calore lecti augetur, *hic* noctu parcere solet aegrotis; *ille* quantumvis vehementissimus leni externâ partium irritatione non augescit, *hic* contra illico provocatur; *ille*, sive maturius, sive serius, febrem comitem habet, quâ hic quidem caret. Rheumatismus præviâ refrigeratione haud dubiâ oritur, hic haud raro certâ explorandâque causâ non praecedente; *ille* non intermitit integras hebdomadas, mensesve, sicut faciei dolor, qui saepe, cum sublatus esse videtur, repetito furore subito revertitur.

*Syphiliticorum faciei dolorum discrimina* commemorare vix fuerit opus, quippe qui magis sint manifesti, quam quos cum faciei dolore *Fothergillii* confundere peritus medicus possit.

In odontalgia praeterea rerum confusione obnoxius esse facile potueris, periculosae, noxiae saltem, aegroto. Haud raro quidem accedit, ut erronea mali cognitione ducti integrorum sanosque dentes extraherent medici 23) 24) 25). *Duval* 26) in medium profert memorabile exemplum hominis, cui, ob dolorum injurias, singuli extraherentur dentes, ipso nihilominus a doloribus neutiquam liberato. In odontalgia non est locus sensui ictus electrici, e certo loco proficiscentis, et per varios nervorum ramos tantum, quantam supra memoravimus, vi propagati. Accedit etiam, quod dolor faciei vexet ipsum senes, dentibus aut maximam partem, aut omnino destitutos, salvâ etiam atque incolumi inferiori maxillâ. In faciei dolore sani sunt ipsi dentes, in odontalgia saepissime eariosi.

- 
- 23) *Lentins* Beiträge zur ausübenden Arzneiwissenschaft. Lipsiae 1797. Tom. I. pag. 384 et 390.
  - 24) *Selles* neue Beiträge zur Natur- und Arzneiwissenschaft. Berol. 1782. Tom. I. pag. 28.
  - 25) *Sieboldi* doloris faciei morbi rarioris atque atrocis observationibus illustrati adumbratio. Virceburgi 1795. pag. 5.
  - 26) Dictionnaire des sciences médicales par une société de médecins et de chirurgiens. T. 35. pag. 516. à Paris 1819.

Nonnunquam adeo accedit, ut prosopalgia cum abscessu antri Hyghmorii male confusa, malique verâ indole ignorata, non complures solum dentes extraherentur, sed in ipsâ etiam cavitate terebrae usus admitteretur 27) 28). Uterque morbus, diligentius examinatus, facilime distinguitur. Inflammatio antri Hyghmotii nunquam tam diros excitat dolores; qui cum vehementiores fuerint, in febrem incidit aegrotus, id quod in faciei dolore non nisi rarissime accedit. Antro Hyghmorii, inflammato persistit perdurante dolor, dolore praeterea non externe, sed interne percepto. Suppuratio genita, in surdo stupidoque dolore cernitur, eodemque continuo dentes infestante maximeque pertinaci. Accedit interdum, ut humorem purulentum per nasum emungeret aegrotus.

- 
- 27) *John Haygton* von einem Gesichtsschmerz, der durch die Zerschneidung des leidenden Nerven geheilt wurde; in opere inscripto: Sammlung auserlesner Abhandlungen zum Gebrauch practischer Aerzte. Lipsiae 1801. Tom: 20. pag. 191.
  - 28) Medic. Bemerkungen und Untersuchungen einer Gesellschaft von Aerzten in London, aus dem Englischen von S. G. Silchmueller. Altenburgi 1769. Tom. 3; pag. 345.

Maxilla, quam late patet, sensim sensimque intumescit, nec quicquam negotii est, intelligere, ab osse oriundum esse dolorem, nonnunquam tantopere mollescente, ut illud pressui cedere videas.

Rarior ac difficilior occurrit confusio cum *clavo hysterico* ut non nisi capititis capillati partem loccupet, diutius persistat, nec tam subito, quam faciei dolor, oboriatur. Praeterea clavi hysterici fere perpetuus comes est frigus quoddam molestum.

*In plicae Polonicae* quoque praenuntiorum censem venire saepe solent dolores, nervorum ramifications sequentes, facieque dolori similes, 29) quibus generatis simul semper caput calescit, humoribus ibi congestis. Multa alia phaenomena simul comparantia in plicae Polonicae praenuntiis numeranda, opitulantur diagnosi.

*Trismus*, muscularorum oris et maxillae inferioris spasmodica affectio simplex, infestat ut plurimum in-

29) Die chronischen Krankheiten nach den hinterlassnen Papieren des verstorbenen Dr. Aug. G. Richter. Berolini 1818. sect. IV, pag. 492-493.

fantes. Cui cum desit dolor ille, prosopalgiae proprius, uterque morbus distingui facile licet.

*Spasmus cynicus* et *sardonicus risus* omnino non sunt dolorosi, nec plerumque nisi februm, inflammationum et verminationum symptomata.

Insecta per nares in sinum frontalem ingressa, et vermiculi ibidem reperti 30) 31) nonnunquam dolorem inferunt, quo frons, oculus, facies, tempora et nasus occupantur, qui tamen a propriâ et characteristicâ prosopalgiae indole utique dispar, abhorret, ideoque cum hac aegre confundendus.

#### *Tempus et exitus proso痛algiae.*

Quamdiu perduret morbus examussim definiiri nequit. Plerumque, in longioribus brevioribusve intervallis cum revertantur impetus, viget integros annos.

30) Geschichte eines Spulwurms, welcher einem Bauren aus dem sinu frontali zur Nase herausgekommen ist, in Blumenbachii Bibl. med. Goettingae 1788. Tom. III. part. I., p. 154.

31) Sandfort exercitationes academicae. Lugd. Batavor 1785 in Blumenbachii Bibliothe. med. Goettingae 1786. Tom. II., part 3, pag. 434 et 435.

Nomnunquam paroxysmi diutius persistentis mali invalescent, longiusque propagantur, ita, ut dolor, qui ante non nisi alterum faciei latus invaserat, haud raro utrumque occupet 32). Prosopalgiae exitus sunt aut sanitas recuperata, aut, aliis morbis accidentibus, mors ipsa; hic enim morbus per se ipse letifer non est. Sanatio tumore oedematoso faciei perficitur 33), tunica nervi vaginali, humoris serosae congerie simul extensa, aut exanthematibus, aut inflammationibus erysipelaticis in cute comparentibus. — Interdum dolor evanescit, abdome, tympani instar, inflato, post peripneumoniam, febrem intermittentem, hepatis affectionem chronicam, haemorrhoides et arthritidem compositas 34). *Lentin* 35) mentionem facit feminae laborantis dolore faciei, qui post diarrhoeam et vomitum, quo pituitae biliosae lentissimae magna copia

ejecta fuerat, evanuerit, at aliquo tempore post reversus, *Volgero* 36) teste quondam accidit, ut lenti graveolentisque mucis insigni copia ejecta admodum levaretur aeger. Discessionem hujus morbi raro perfectam sanationem dixeris, saepissime enim latens hostis saevus prorumpit redux ex suis insidiis.

Hoc malo diu persistente, varia inde suboriuntur incommoda: creberrime afficiuntur concoctionis organa; indurescit inflatum abdomen, extremis partibus frigescitibus, 37) intumescunt glandulae, subsequitur sanatorium e naso effluvium, asthmatica incommoda vexit, nec raro spasmi in remotioribus partibus, ut in vesicā. Cancrosa adeo ulcera oborta, quibus miseram vitam finiebant aegroti 38). Tabescit faciei latus adfe-

32) *Sprengel* in l. cit. §. 462.

33) *Sprengel* in l. cit. §. 462.

34) Ueber den Gesichtschmerz vom seeligen Bergmedicus Boehmer zu Clausthal, in *I. F. Blumenbachii* Bibl. med. Tom. 3, pag. 323.

35) Beiträge zur pr. Arzneiwissenschaft. Tom. III, p. 136-142.

36) *Joh. Fried. Blumenbach* Biblioth. med. Goettingae. Tom. II. pag. 507.

37) *F. L. B. Lentini* Beiträge etc. Lipsiae 1797. Tom. I. p. 389.

38) Bobachtungen und Bemerkungen über den Gesichtsschmerz vom Prof. Masius zu Rostock; in *C. W. Hufeland's* Journal der prakt. Arznei- und Wundärzneikunde. Berolini 1806. Tom. XXV, pag. 15.

ctum 39) 40), alteri eidemque sano dissimilem exhibente duplarem veluti, diversumque vultum aegroti. Diutius persistenti malo nonnunquam adsociatur muscularum faciei tremor continuus 41) 42) arbitrario illorum usu omnino cessante. Vehemens ubi diu persistit morbi vis, quam maxime dissonam reddit sensitatem, atroci hypochondriā, melancholiāque comīibus 43),

Torquens raroque sanabilis iste morbus; mitioris fortunae summo beneficio rarius omnino occurrit, utpote qui multis medicis, quibus contigerat satis diu exercere suam artem, nunquam obvenerit.

39) *Baldingers med. Journal. Goettingae 1785.*  
Tom. II, part. 7, pag. 55.

40) *Siebold* in op. cip. pag. 22.

41) Die specielle Therapie nach den hinterlassnen Papieren des Aug. *Gottl. Richter*, herausgegeben von Dr. G. A. Richter. Berolini 1813.  
Tom. II, pag. 67.

42) *Curt Sprengel* instit. med. Tom. IV. §. 462.  
pag. 416.

43) *Masius* in l. cit. pag. 12

*Fothergillio* 44) non nisi XIV, *Lentino* 45) annis septem et viginti, totidem se obtulerunt exempla, *Boehler* 46) XVIII aegrotis prosopalgia laborantes, suscepérat curandos, quorum singulis, se quidem teste, faustissime medicatus est. Ast dubitaverim, an omnes isti verā laboraverint prosopalgia. Viginti duobus annis, non nisi bis *Thilenio* 47) obvenit iste morbus.

#### *Prospopalgia natura.*

Quantumvis multorum celebriumque virorum studiis nostrā quidem aetate magis rectiusq̄a cognoscitur hicce morbus, ad uberioris cognoscendam mali

44) Bemerkungen und Untersuchungen einer Gesellschaft von Aerzten in London, a. d. Englischen von S. G. Silchmueller. Altenburgi 1788.  
Tom. VI, pag. 108.

45) Vom Gesichtsschmerz, (tic dououreux) in *Hufeland's Journal. Jenae 1800.* Tom. IX, part. I., pag. 58.

46) Ueber den Gesichtsschmerz. Vom Bergmedicus *Boehler* zu Clausthal. *Blumenbachii Bibl. med. T. III.* pag. 335. *Goetting. 1788.*

47) Medic. und chirurgische Bemerkungen. Frankfurt, 1789. pag. 283.

naturam, quum egregie faciant praestantissima viorum doctorum observata, nondum tamen omnia, quibus opus, aut quae circa id morbi in votis fuerit medicis, omnino sunt explorata; necdum remedia reperta, quibus mederi tam aroci morbo liceret. In definienda doloris faciei naturā maximopere dissentient hodiisque medici. Aliam alii efficiunt.

Licet adserat *Fothergill* abstrusam latēre humus morbi naturam, materiem tamen in acrimoniam cancroſā cerni suspicatur, his quidem nixus suffultusque argumentis: quod maxime mulieres cessante menstruatione invadat iste dolor, quo potissimum tempore carcinomate laborantes reperiuntur seminae. Vehementes dolores periodicos, scirrhi lancinantis similes aestimat; cui quidem sententiae majorem fidem adferre sibi videtur cicutae in utroque morbo salutaris usus. At hāc in re virum doctissimum raptum esse in errorem sine negotio perspexeris, his fere perpensis: primo quidem quod faciei dolore non solae adficiantur mulieres, sed viri iidem, et quamvis illae frequentiores vexentur isto morbo, minus acrimonia carcinodes, quam insignior feminini sexū sensibilitas est accusanda, quā ad nervorum morbos suscipiendos redduntur proniores. *Deinde* est, quod mireris, quī

fieri possit, ut tam multos annos corpori inhaereat maligna ista acrimonia, glandularam tumoribus, ipsoque carcinomate inde non oriundis? quod si ista observaverit *Fothergill*, veri tamen simile est, cum faciei dolore aliud praeterea morbum tum fuisse in connubio. Ad salutarem cicutae vim quod attinet, tanquam specificum, aut praesentaneum remedium esse existimandum, equidem vix crediderim; quantumvis leniat, mitigetque dolores, non tamen semper omnino tollit; saepissime enim ex *Fothergillii* praecipitis circuta est adhibita; at ne ullo quidem prospero successu. *Denique* acrimonia cancrosa vere si suberset morbo, frictionis vi, quā placare ac mitigare aegroti solent dolores, tanto matius prouisque non erumpi non posset carcinoma, quum e contrario observari liceat, raro alia, praeter callosam cutem, inde oboriri incommoda. Constat enim inter artis peritos, in his, quibus ad carcinoma suscipiendum pronitas contigerit, diri hujusce mali eruptionem frictione externā, mirum in modum adjuvari.

Nihilominus huic *Fothergillii* opinioni *Selle* 48) subscribit,

---

48) in ap. cit. Tom. I. p. 32.

*Lentin* 49) sibi persuasit, propriam ac nativam malum sedem in medullā spinali oblongatā esse quaerendam, unde corruptio, quam dicit, ulterius, et deorsum quidem, ad medullām spinalem ipsam, aut sursum ad cerebrum, procedere facile possit. Sed abstrusā hāc atque obscurā hypothesi res ipsa neutram explicatur. Docendum fuerat, quo loco sit sedes? quaenam medullae spinali contigerit immutatio?

*Volger* 50) et *Boehmer* 51) putant faciei dolorem, gastricis arcessi irritationibus, Id quidem inde colligere sibi licere existimant, quod observatum sit, prosopalgiam post profusam diarrhoeam, aut largum vomitum fuisse sanatam. Sed procul dubio non nisi rarissime ex irritamentis gastricis, per consensum, oritur morbus. Praeterea in aegrotis hoc morbo laborantibus, quos medici enumerant, methodi resolutiis alioquin efficacissimae diuque continuatae vis nulla omnino exserta.

49) *I. F. Blumenbachii Bibliotheca medica. Goettingae* 1785. Tom. II. pag. 186, sect. I.

50) *ibid.* pag. 509.

51) *ibid.* Tom. III, pag. 315.

*Leuthner* 52) in nervorum affectorum asthenia ponit morbi naturam. At vel haec hypothesis impar est rei ipsi satis collustrandae atque explicandae.

*Masio* 53) judice syphilide, suo veluti fundamento, nascitur morbus, cui quidem ipsius opinioni fidem adferre videbatur faustus mercurialium usus. Verum enimvero quaerere liceat, an ex prospero mercurialiū, ad syphilidis tanquam in prosopalgia latentis naturam utique tuta sit licitaque conclusio, — cum fuissent, qui syphilidi omnino nunquam obnoxii, mercurio adhibito nihilosecius levarentur.

Alii de impetiginibus, arthritide, rheumaticis aliisque generis acrimoniis cogitant, at pariter morbi naturā non, uti oportebat, collustrata. —

*Haase* 54) et *Sprengel* 55) faciei dolorem *Fothergillii*, ischiadi nervosae Cotunni esse aequiparandum, atque

52) *Commentatio de dolore faciei Fothergillii.* Vircebūrgi 1818, pag. 19.

53) in l. cit.

54) *Ueber die Erkenntniss und Cur der chronischen Krankheiten des menschl. Organismus von Dr. Andreas Haase.* Lipsiae 1820. T. II, pag. 405, §. 259.

55) in op. cit. §. 462, pag. 416.

tum istius, tum hujus (ischiadis) ipsum malum in vaginalium nervorum inflammatione quaerendum autu-  
mant. Symptomata, statūs inflammatorii quasi testes, sunt fere haec: doloris vehementia, rubri radii in variis faciei partibus conspicui, congestiones capitis in ipso paroxysmo insignes. Inprimis confirmari putant ischiadis et doloris faciei *Fothergillii* analogam conditionem, tum humorum vaginae nervorum collectione (quae tamen non nisi tanquam statūs inflammatorii exitus considerari potuerit) tum sana-  
tione, aut saltem allevatione doloris antiphlogisticae medendi methodi beneficio; non enim desunt dolorum vehementissimorum, hirudinibus adhibitis, subito infractorum exempla, 56) 57) tum denique, quod observari liceret, inflammationibus aliis in partibus abortis evanuisse faciei dolorem.

Quae quidem opinio postremo loco commemo-  
rata absque dubio plures fide fuerit dignissima, at cereberrime desunt singula statūs inflammatorii symp-  
tomata: non rubet in ipso paroxysmo facies, vergens potius ad pallorem; desideratur vicinarum arteriarum

56) Siebold in op. cit. pag. 5.

57) Haase in op. cit. §. 262, pag. 408 et 409.

vehemens pulsatio, sicut humoris serosi in vaginalis ner-  
vorum congeries non semper est reperta, nec sanguina-  
tionis semper fructus prodierat exoptatus. Itaque  
persuasum equidem habeo, faciei dolorem *jam* indolis  
inflammatoriae esse posse, malo ischiadicō Cotunni  
similem, maxime cum invaserit robustas, potissimum  
sanguinosas, mulieres, consuetis sanguinis profusioni-  
bus suppressis; refrigeratione, in primis faciei, podagrā  
impeditā; exanthematibus repressis etc. oriundum;  
jam nervosae esse conditionis, autē universi syste-  
matis nervorum, potissimum nervi adfecti sensibilitate,  
in primis in feminis vetus, aut hysteriā laborantibus  
aut abnormi menstruationi obnoxisi, aut fluore albo  
adfectis etc. exortum.

### Aetiologia.

Quibus rebus arecessatur faciei dolor, docere ar-  
duum quidem est, haec tamen efficaces sese praeben-  
t adjutrices: vehementiores animi commotiones,  
consuetorum sanguinis profluviorum suppressio, refri-  
gerationes, impeius pödagrici aut impediti, aut omni-  
bo oppressi, morbi cutanei violenter retenti, ulcera  
arefacta, variisque generis influxus ad faciei dolorem  
alliciendum idonei, ut: gastricae irritationes, vermes

etc., nervorum faciei, aut finitimarum partium laesiones, dentium *caries*, exostoses cranii, cavum Hyghmori affectum. *J. Huysham* 58) faciei horribilis doloris facit mentionem, quo mulier LX annorum octo annis esset cruciata, denique aliquot oestrorum larvis mortuis e dextro sinu maxillari extractis, dolorum quidem aliquā allevatione gauderet, ita tamen, ut dolorosa symptomata non omnino evanescerent.

Maxime annosos invadere videtur id mali, quasi proprium senectuti, raro infestat juniores, nonquam infantes. *Fothergill*, *John Hayghton*, *Masius*, *Lentin*, celeberrimi viri, idem judicant, alias tamen suā ipsorum experientiā adductis, ex parte dissentientibus. *Rademacher* 59) observabat juvenem feminaci hoc malo laborantem. Licet contra, quam solet, et juniores passim invadere morbus possit, tamen non nisi post quadragesimum aetatis annum, oboriri videatur. In feminis, quam in viris morbus frequentior.

58) *J. F. Blumenbachii* Bibl. medica. Goettingae 1785, T. II., pag. 361.

59) *C. W. Hufelands* Journal der prakt. Arzneiw.- und Wundarzneikunst. Bd. II., Part IV, pag. 615.

Inter illas nervosae atque irritabiles ut plurimum illi sunt obnoxiae, hystericae etiam, et fluore albo quae laborant, et quarum menstruatio cessat. Inter mares, licet nonnulli, firmā qui videantur valetudine frui, faciei dolore vexentur iidem: maxime sanguineac, cholericæ, melancholicæ qui sunt temperie, aut haemorrhoidibus, arthritide laborantes maxime infestantur hoc malo. Ceterum faciei dolor nulli parcit hominum conditioni, vexans haud minus luxuriae deditos, quam pauperiorem plebis ordinem, sat parce viventem. Vere et auctumno prosopalgia impetus suos frequentius exserere creditur, quam aestate, aut hieme. In multis aegris, adversa, turbida, ac ventosā tempestate, paroxysmi frequentiores, magisque vehementes.

z

### *Prognosis.*

Etiamsi lethalis non sit prosopalgia, tamen ob difficultem sanationem variosque insequentes morbos, semper anceps esto prognosi. Innotuerunt satis multa non consequitae sanationis exempla, licet optima adhibita fuisse medendi methodus. In prognosi enunciandā maxime aetas, sexus, morbique pertinacia sunt consideranda. In seriōri aetate frequentius repe-

ritur faciei dolor; praeterea mulieres ob insignem sensitibilitatem magis obnoxiae sunt huic morbo, difficilius pariter eadem inde liberandae. Quanto diutius persistenter morbus, quantoque frequentiores suerint impetus, tanto est malum pertinacius. Ad prognosin adjuvandam momenta causalia diligenter perpendisse, multum est, quo enim facilius haec sunt abigenda, eo magis sanatio speranda. Melior est prognosis morbi post refrigerationem, aut repressa exanthemata, aborti, quam causis aut aegre removendis, aut omnino ignoratis. Quin adeo ubi diu paroxysmi p̄epercerint aegroto, est, quod caveas sanatum eum existimes; experientia enim plurimi medicorum sunt edocti, eosdem et diu cum requieverint, haud raro, et aucta quidem immanitate, reverti. Quod superest, *Lentini*, 60) viri celeerrimi, cui faciei dolorem saepe seduloque animadvertere contigerat, liceat in medium proferre sententiam: „Velim, inquit, ne nimis maturre claretur Victoria! quum saepe, et saevior quidem, „hostis revertatur. Me sane in errorem inductum „haud raro fefellit.“

---

60) *C. W. Hufelands I. d. prak. Arzneiw.- und Wundarzneikunst.* Jenae 1808. Tom. IX, part I. pag. 64.

### *Morbis cura.*

Ad prosopalgiae medelam quod attinet, arduam maximequè difficultem dixeris, necdum compescendi diri istius morbi praesentaneum ullum remedium hodieque repertum. Quantum; quaeso, commendatum jam est remediorum! neque ullius praesentaneam dicere licuerit virtutem. Est sane, quod et haec in re incusemus artis nostrae inopiam. Recte quidem *Zen-  
tra* 61) judicat, qui: nullum, inquit, remediorum, nul-  
la unquam damnum intulit methodus adhibita. Do-  
loris nec vis, nec redditus inde adjuvabatur; idem re-  
medium jam lenire malum videtur, jam virtutis om-  
nis experts reperitur,“ — Ad internos usūs commen-  
data sunt haec quidem remedia:

Cicutá maxime *Fothergillio* 62) et *Sellio* 63)  
auctoribus; et eo quidem adhibita, quod, uti jam su-

---

61) *C. W. Hufelands J. d. p. A. und W. Jenae 1808*  
Tom. IX. part. I, pag. 64.

62) Bemerkungen über den Gebrauch des Schier-  
lings von John Fothergill in den med. Bemer-  
kungen und Untersuchungen einer Gesell-  
schaft von Aerzten in London. Altenburgi  
1769. T. III.

63) in op. cit. T. I. pag. 32.

pra dictum est, cancrosam acrimoniam deleaf. Laras uterque doses praebet, aliis medicis amborum exemplum sequutis. Aagrotorum ali percepiebant allevationem dolorum, aliis necquam leniminis adeptis. Et arsenicum commendat Selle 64). Belladonnam celebrat Stark, 65) strammonium Lentin 66), tincturae formâ: Rec. Sem. Stramon. 3jj, Vin. hispan. 3vjjj Spiriti, vini 3j. Digere per aliquot dies leni calore et filtra. Dos. gtt. vi, — Belladonnam et Aconitum dat Behrends, qui hominem complures annos hoc malo vexatum, Belladonnâ et floribus zinci adhibitis sanavit. Opium a multis medicis commendatum, quod, ab initio praebitum, facit quidem ad mitigandos dolores, at ingentibus, quibus denique opus est, dosibus alio respectu nocet, quippe quod tam capititis congestiones inferat alvumque adstringat.— Hayghton 67)

64) eod. loc.

65) Handbuch zur Erkenntnis und Heilung innerer Krankheiten des menschlichen Körpers. Tom. II. pag. 9. Jenae 1800.

66) C. W. Hufelands Journ. d. prak. Arzneiw. und Wundarzneikunst. Jenae 1800. T. IX. part. I. p. 59.

67) in l. cit. pag. 191.

aethere unâ cum opio usus est, unde in aliquod temporis levabantur aegroti; utrum vero id levaminis aetheris beneficio sit attribuendum, an solum opium, idem omnino praestitum fuisset, dubitat. — Extractum Hyosciami nigri praedican Breiting, 68) et Meglin, 69) hic etiam zincum sulphuricum et Rad. Valerianae. Lentin 70) vini rubri largioreum usum laudat. Digitalis purpureae nervinis conjunctae, sive pulverem, sive infusum laudat Leuthner 71). Thacher 72) mentionem facit prosopalgia laborantis, in quo tractando narcotica omnia vel profusius adhibita, nullam vim exsererent, et ipsi nervi infraorbitalis dissecatio frustra esset instituta. Extractum Belladonnae solitarium, horis singulis porrectum, perturbationes movebat

68) Hufelands Journal der d. p. Heilkunde. Berolini 1806. T. XXV. part. IV, pag. 157.

69) Recherches et observations sur la nerralgie faciale. Argentorati 1816.

70) Beiträge zur ausübenden Arzneiwissenschaft. Tom. I. pag. 397.

71) Commentatio de dolore faciei Fothergillii Virceburgi 1810, pag. 46.

72) Hufelands Journal der pr. Hlknde. Tom. LXII. IV. p. 80.

in systemate nervorum omnino non mitigato dolore. Ejusdem autem remedii una cum radice Ipecacuanhae adhibiti faustissimus erat effectus. *Autenrieth* 73) pri-  
mum commendat methodum lenientem, perspiratione  
cutaneâ adactâ, cui quidem adjuvandae maxime ido-  
neum est opium, in Ipecacuanhae, vel magis etiam ba-  
rytae muriaticae, connubio, et ita quidem, ut opii gra-  
ni sextans, aut quadrans, cum triente, aut dimidio ba-  
rytae muriaticae ex aquâ quâcunque aromiticâ propi-  
netur. — *Jackson* quater, fausto quidem Aesculapio,  
sanavit morbum et primâ quidem vice Aq. ammon. caust.  
cochlearibus minoribus tribus, ter quotidie, praebitis;  
secundâ extracti conii granis XL urgente paroxysmo,  
semihora quâque oblati, ita, ut saeviente morbi im-  
petu extracti grana trecenta cepisset aegra. Repete-  
batur extracti hujus usus, donec impetus cessaret.  
*Ol. Dippel.* cum phosphoro, *Loebenstein-Loebelio*  
praecipiente, pariter commendant. Ex acido borussico  
in medelam adhibito nulla prodierant, secundum  
*Eliotson*, salutaria commoda, quo e contraria parte

73) Allgemeine med. Annalen. Altenburgi 1820, mens.  
May.

*Heyfelder* 74 sanavit faciei dolorem. *Stark* 75) sua-  
det guajaci usum cum antimonio et mercurio con-  
juncti; aconito etiam atque hyoscyamo, adjutoriis, ad-  
jungendis. — *Menqueret* 76 commendat extractum fuma-  
riae, cicutam et mercurium dulcem. — *Volger* 77) electuario lenitivo et extracti cicutaæ cum radicis  
Jalappæ largo additamento sanabat aegrotum. *Boeh-  
mer* 78) emeticorum et purgantium virtutem cele-  
brat.

Mercurius dulcis remedium est a multis medicis,  
faciei dolore laborantibus de meliori commendatum.  
Praebebatur tum purus, tum cum cicutâ, sulphure  
aurato, aliisque remedii conjunetus.

Praeterea magna remediiorum copia laudibus est

74) Dissertatio inauguralia medica de prosopalgia  
*Fothergillii* adnexâ singularis hujus morbi  
historiâ. Vratislaviae 1820.

75) in l. cit. pag. 9.

76) C. G. Selle neue Beiträge zur Natur und Arz-  
neiwissenschaft. Berolini 1782. Tom. I. pag.  
31.

77) J. F. Blumenbachii Bibl. med. Goetting. 1785.  
T. II. pag. 506. etc.

78) ibid. pag. 315.

- \* celebrata, maxime ex antispasmodicis, ut: Castoreum, Asa foetida, Hyoscyamus, Aconitum, Valeriana, Serpentaria, Arnica, etc. etc.

Ferrum laudat *Hutchinson* 79), qui quidem complura faciei dolore laborantium, quibus ipse medicatus est, exempla publicavit, fidem facientia suae mendendi methodo. Ferri carbonici (subcarbonas ferri, Ph. Lond.) duos scrupulos, ad drachmam usque, praescribit, bis, terve per diem assumendi. At ubi inveteraseret morbus, minus inde *Hutchinson* expectat opis, quam cum recens fuerit natus. In quibuspiam aegrotis a semet ipso observatis, hoc quidem remedio extirpatum non est malum, at levati tamen sunt aegri magis, quam aliis quibusunque remediis. Insuper non satis continuatus fuerat illius usus. Inflammationis activae symptomatibus animadversis, antiphlogisticis utebatur remediis, ferro aut

79) Ueber die Behandlung des Gesichtsschmerzes durch Eisen. Magazin der ausländischen Litteratur der gesammten Heilkunde und Arbeiten des ärztlichen Vereins zu Hamburg. Herausgegeben von Dr. G. H. Gerson und Dr. Nicolaus H. Julius 1822. März und April. —

utique supposito, aut serius demum adhibito. *Richmond* 80) etiam faciei dolorem ferro carbonico se persanasse adserit.

In prosopalgia curandà localium remediorum, juxta interna, adhibitorum magna vis est; saepe illa dolorum mitigationem adferebant, ipsamque sanationem magis, quam haec ipsa, adjuvabant. Ad externos usus multa commendata sunt remedia, in quibus unguentum hydrargyri cinereum saepius haud exiguum meritum est laudem 81) 82) 83). Et celerius quidem vim suam exserit *Starkio* 84) auctore, hoc potissimum in connubio: Rec. Axung. porcin.  $\beta\beta$ , mercur. dulc.  $\Omega\Omega$ . Ol. Galban, Succin. aa  $\Omega\Omega$  M. f. Ung. D.S. circa

80) Magazin der gesammten Heilkunde und Arbeiten des ärztl. Vereins zu Hamburg. pag 343, März, April.

81) Dringende Bitte eines trostlosen Leidenden an menschenfreundliche Aerzte; in ephemeric. lit. Salisburg. 1806. No. 93. pag. 259.

82) Weisse de paeclarà unguenti Neapolitani virtute in prosopalgia. Jenae 1796.

83) *Starks* Handbuch zur Kenntniss und Heilung innerer Krankheiten. Jenae 1800. T. II. p. 9;

84) ibidem.

processum mastoideum infricandum. — Sunt, qui infri-  
canda suadeant haec: Spirit. vini camphorat. Lin-  
iment. volatil. c. et sine camphorā, oleum petrae, ma-  
xime oleum therebinth. cum oleo camphorato mix-  
tum, — tincturam thebaicam, vel Laudanum liquid.  
Sydenh., sive solitarium, sive cum alio ex jam com-  
memoratis mixtum. Haud minus mitigantur dolores  
vel vaporibus narcoticarum herbarum, vel his, tan-  
quam epithemate, adhibitis. Consbruch 85) aquae fri-  
gidae et glaciei epithemata commendat, quo quidem  
auctore, prodigiosa eorum vis est. Magri 86) solutione  
tartari emetici succulentā frigidis epithematis san-  
bat faciei dolorem. Profuit et aetheris acetici, olei-  
que Crotoni inficti usus 87).

Nec vesicatoriorum, fonticulorum, setaceorum usus  
negligendus, quae cum partium, quibus adplicantur,  
statum morbosum provocant, vi derivativā pollent ea-  
demque permultum conferunt ad mitigandos, infrin-

85) Taschenbuch für angehende pract. Aerzte. Lip-  
siae. 1801. Tom. II pag. 23.

86) The Lond. med. and phys. Journal Tom. 43.  
Ephemerid. Salisb. 1821. 62.

87) Grindels pharm. Blaetter. IV. 3. p. 17.

gendosque dolores. Aliis vesicatoria locis dolentibus,  
aliis in loci adfecti vicinitate imponere visum est. Et  
cauterium actuale et moxa haud raro proderant.

Haud minus conducebat magnetismus animalis 88).  
Minor ex electricitatis usu proveniebat salutaris fru-  
ctus; et Bluntio 89) teste, electricitate scite adhi-  
bitā, faciei dolor fauste sanabatur, cicutae, vesica-  
toriorum, aetheris, hirudinumque cum irritus fuisse  
usus. — Tepida balnea, sicut aquae minerales, multum  
conducunt, e quibus Nenndorffiana balnea Lentin 90),  
marina Doberanensis Vogel 91) in primis commen-  
dant.

Infaustus curae medicae successus inde potissimum  
provenisse videtur, quod remediorum usus nimis em-  
piricus esse soleret; remedia, dumne sinistre fuerint  
adhibita, non caritura forent interdum suo effectu. —

88) Masius in l. cit. pag. 23.

89) Johann. Aug. Unzers medicinisches Handbuch.  
Lipsiae 1794. Tom. III. pag. 1292.

90) Hufeland's Journal d. p. Arzneikunde. Tom.  
IX. pag. 59.

91) eod. loco. Tom. I. part. 3. pag. 48.

Ante omnia remotiores causae fuerint tollendae, tunc, me quidem judice, divisioni morbi proximas causas spectanti adaptandus fuerit medendi modus.

Quodsi igitur suppressis sanguinis profluviis (ut menstruatione, haemorrhoidibus etc. exortus fuerit faciei dolor, ea restituere studeto; sin podagricis affectionibus suppressis, priorem hisce vultum reddito; exanthemata ubi violenter impedita fuerint, remediorum diaphoreticorum interne, et irritantium externe adhibitorum usu cuti reddito. Scabie suppressâ, remediis fortasse frustra adhibitis, arte inserendo, scabiem rovocato; exsiccata ulcera restituito; irritamenta gastrica tollito; si denique e dentium carie, aut exostosibus morbus fuerit oriundus, has convenienter curato.

Ad inflammatorium faciei dolorem iufringendum, sanguinationes universales, in primis locales, purgantia, diaphoretica, postea et vesicatoria erunt deligenda, nec neglecto mercurii tum interno, tum externo usu. Inflammatione hisce remediis jam temperatâ, acidi borussici usum suaserim. — Pedum lavaera, sicut enapismi, vesicatoria, inferioribus corporis partibus imposita, mitigare potuerint dolores.

Nervosus ubi fuerit faciei dolor, vim suam exserunt opium, cicuta, belladonna, stramonium, hyoscyamus, acidum borussicum, aliaque remedia antispasmodica, supra jamjam commemorata. In ipso paroxysmo fortis compressio, aut frictio nervi affecti, sicut nervinum quocunque remedium volatile, lenire potest dolorem. Morbosus nervorum tenor, ubi tolli non potuerit, electricitatis, variorum unguentorum et linimentorum, vesicatoriorum, fonticularum usum peritillari possit.

Remediis omnibus frustra adhibitis, ad dissecan dos nervos progrediendum erit, quantumcunque taxata fuerit chirurgica ista operatio a compluribus medicis, id potissimum in eam incusantibus, quod irrita saepius fuerit data opera; quod nervum affectum dignoscere arduum sit ac difficile, aut plures nervi simul laedantur, atque in operatione istâ instituenda non insignia solum vasa, sed ipsi ductus salivales sauciari possint. — At vi suâ privantur objections illae omnes, cum perpendaris, multa integrae, affectis nervis dissectis, sanationis extare exempla; operationem tum quidem non esse suscipiendam, cum multi nervi simul fuerint affecti abstrusoque loco conditi; neque ulli alii dissectionem esse concedandam, nisi situs partium

satis superque għaro. Id praeterea mōlestii habet operatio, quod labia, nasus, musculi faciei irritabilitate suā preventur, cicatrice relictā faciem deformante, maxime cum ad suppurandum vulnus fuisset adigendum. Quae quidem tanti non est, quae ab operatione istâ suscipiendā abstergere possit, quum saepissime accidet, ut, vel non dissectis nervis, miserabiles morbum ipsum subsequentur faciei deformationes.

---

## T h e s s.

### I.

Encephalitis et hydrops cerebri acutus, idem uterque morbus est, nec nisi stadio diversus.

### II.

Plica polonica semper fere morbus est capillorum metastaticus ex universalī morbo oriundus.

### III.

Qui e familiā nati sunt, cui aut mania, aut epilepsia, aut phthisis hereditaria est, ab ineundo matrimonio legibus politicis arcendi sunt.

### IV.

Curam morborum nervosorum maximam partem esse empiricam et palliativam censeo.

V.

Tracheotomia nunquam in angina polyposa indica-  
cata est.

VI.

In matrimonii contrahendis, medici consultum  
haud raro est summi momenti.

VII.

Inter venenum et medicamentum nullum disciri-  
men,

VIII.

Dissectionem nervorum in prosopalgia curandâ  
euaserim;